

Stephanus Galdeti

*Dicta domini Symonis
de Valle Scolarum*

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
12.08.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Dicta domini Symonis de Valle Scolarum.** De dictis domini
Evrardi acceptat tres: quod Deus potest moveri intentionaliter, quod
non est possibilis species infinita, quod est possibilis linea infinita.

5 In questione erunt tres articuli in quorum primo videndum de
deformiter agere.

Et sit prima conclusio, quod non est dare minimum deformiter agere.

Corollarium, quod non obstante hoc, est dare maximum deformiter
agere secundum speciem et secundum gradum in certa creatura.

10 Corollarium: in nulla latitudine ipsius deformiter agere se habenti per
modum communiter seu distincti est possibilis gradus infinite remissum.

Secunda conclusio: creatura rationalis deformans se recto iudicio
universali plus peccat quam difformans se recto iudicio particulari.

Corollarium: conformans || se recto iudicio universali et difformans
se recto iudicio particulari recte contradicit sibi in re. P2 29r

15 Corollarium, quod stantibus legibus ordinatis non quilibet habens
iudicium rationis potest habere quamlibet ignorantiam sine culpa stante
iudicio rationis.

Tertia conclusio: licitum est creature rationali studere in libris eorum
qui transgressi sunt legem Christi seu eius mandata.

20 Corollarium, quod licet in sanctis exortationibus devotis
predicationibus eorum dicta allegare.

Corollarium, quod aliquando fictionibus licitum est uti.

Corollarium, quod aliquando melius est allegare dicta gentilium
quam christianorum.

25 Quarta conclusio, quod creatura rationalis in suo deformiter agere
tenetur ad aliquid quod sua conscientia detestatur.

Corollarium, quod voluntas semper visetur cotingenter illud quod
est magis aparens sibi.

30 Corollarium, quod conscientia erronea obligat secundum totam
latitudinem capacitatis sue ad illud quod per ipsam detestatur.

Secundus articulus est in quo videndum est de creature rationalis
posse.

1 domini¹ | sup. lin. P1 P2 2 Deus | non add. sed del. P1 3 infinita² |
pete de quibus fuit collatio inter baccalarios anni precedentis add. in marg. P1 ; de
Valle Scolari add. in marg. P1 6 et | om. P2 prima conclusio | iter.
in marg. P1 11 secunda conclusio | iter. in marg. P1 recto | necessario
P2 13 conformans | difformans a. c. P1 18 tertia conclusio | iter. in marg.
P1 21 predicationibus | prediconibus P1 (in nota 21 predicationibus)|
prediconibus | dub. P1 25 quarta conclusio | iter. in marg. P1

Et sit prima conclusio ista, quod cuilibet potentie finite necessario correspondet finite agere adequatum illi potentie.

Corollarium: cuilibet potentie proportionaliter intensiori correspondet proportionaliter intensius adequate. Voco agere adequate quod
5 correspondet potentie secundum ultimum sue causalitatis.

Corollarium, quod nullum agere alicuius potentie active mensuratur in esse agere ex mensura agendi ita quod, si agere alicuius effectus esset agere in hora aliquem effectum, si fieret agere pro medietate hore, non intensius esset agere.

10 Secunda conclusio, quod nullum agere instantanee est agere intensius tempus quam agere temporaliter respectu eiusdem terminum actionis.

Corollarium, quod quilibet potentia finita potest agere instantanee et producere omnem effectum quem continet active, et hec est vera ex parte ipsius potentie active, quia bene posset habere tantam resistantiam
15 quod non posset.

Corollarium, quod omnis potentia activa que agit sine resistantia pativi potest in instanti agere sicut quando non habet contrarium ||
impeditum. P2 29v

Corollarium, quod quilibet voluntas creata suum velle vel nolle
20 quantumcumque intensum quod active et causaliter continet potest instantanee producere.

Tertia conclusio: pro quacumque mensura essendi aliquis effectus fuit a creatura rationali ille effectus est contingens contingentia antecedente.

Corollarium, quod quilibet effectus pro quocumque instanti fuit a
25 voluntate non est necessarius necessitate consequente.

Corollarium, quod libertas voluntatis create ad presens proprie et maxime refertur ita quod plus respicit instans presens quam futurum.

Corollarium, quod voluntas pro primo instanti sui esse potest imputabiliter agere meritorie vel demeritorie.

30 Quarta conclusio: possibile fuit voluntatem creatam immediate post primum instans sui esse peccare in tempore.

Corollarium: non est possibile aliquod primum agere voluntatis create vel increate esse immediate post primum instans.

Corollarium, quod nulle due actiones possunt esse sibi plus immediate

1 prima conclusio] *iter. in marg. P1* ; pari ratione esset dare maximam materiam producibilium etc. *add. in marg. P1* ; acceptati hoc *add. in marg. P1* ; vide Dulmenton et similia *add. in marg. P1* 10 secunda conclusio] *iter. in marg. P1* ; Augustini cum corolariis *add. in marg. P1* 14 ipsius] unius P2 quia] l *add. sed del. P2* 20 continet] concurret P2 22 tertia conclusio] *iter. in marg. P1* 24 effectus] pro quo P2 30 quarta conclusio] *iter. in marg. P1* ; Augustini cum corolariis *add. in marg. P1*

quam actio bis replicata.

Tertius articulus est in quo est videre de peccati mortalis mensuratione.

Et erit prima conclusio quod impossibile est actum divine iustitie
5 esse mensuram intrinsecam alicuius rei citra ipsam.

Corollarium, quod non stat aliquid citra Deum esse et non mensurari causaliter per divinum esse.

Corollarium, quod cuiuslibet creabilis seu creati esse divina essentia est immense ratio exemplaris sive causalis mensura.

10 Corollarium, quod divinum esse est eque cuiuslibet creati esse mensura causalis et formativa, sicut est sui esse mensura formalis et positiva.

Corollarium, quod actus divine iustitie non est intensius causale posse respectu unius effectus magni quam parvi nec infiniti, si sit possibilis,
15 quam finiti.

Secunda conclusio, quod, quamvis divina iustitia sit immensa, non
|| tamen est possibile participari a creato vel creabili esse secundum totam latitudinem citra se. P1 13v

Corollarium, quod non omnis perfectio simpliciter in esse sub omni
20 gradu citra primum est participabilis ad extra.

Corollarium, quod aliqua est possibilis suprema species iustitie creabilis et solum finita.

Corollarium, quod non inter quemlibet gradum finitum et consimilis denominationis immensus est infinita latitudo iustitie media.

25 Corollarium, quod sicut latitudo iustitie derivabilis ab immensa est solum finita latitudo, ita latitudo possibilis obliquitatis et deformitatis opposite. Et per consequens tota latitudo specierum possibilium in esse culpe est solum finita.

|| Tertia conclusio: quodlibet deformiter agere creature rationalis a
30 priori mensuratur per actum divine iustitie obligantis ad non peccandum. P2 30r

Corollarium, quod non obstante obligatione immensa actus deformitatis est solum finite malus et finite imputabilis ad mensuram.

Corollarium, quod omnes circumstantie alicuius deformitatis mensurantur penes actum divine iustitie obligantis sive bone sive male,
35 bone effective, male obligative.

2 est¹ | *sup. lin. P1* 4 prima conclusio | *iter. in marg. P1* ; acceptati hoc *add. in marg. P1* 13 causale | *causaliter a. c. P1* 16 secunda conclusio | *iter. in marg. P1* 20 gradu | *sub add. sed del. P1* 21 possibilis suprema | *suprema possibilis a. c. P2* 23 corollarium | *Robertus add. in marg. P1* 29 tertia conclusio | *iter. in marg. P1* 30 divine iustitie | *iustitie divine a. c. P2*

Quarta conclusio: divinam iustitiam cuilibet culpe mortali de condigno vel de congruo correspondet aliquis maximus gradus pene supponendo culpam esse finitam solum.

5 Corollarium: cuilibet gradui culpe intensiori in esse culpe proportionaliter correspondet gradus pene intensiorum et maximus et finitus secundum divinam iustitiam commutativam et distributivam.

Corollarium, quod quelibet culpa sive venialis sive mortalis privat iustitiam sibi oppositam. Hec de illo.

¹ quarta conclusio] *iter. in marg. P1*
P2

² de] *om. P2*

⁸ hec de illo] *om.*